

L.
124

re, quantum poteris, cum salubritate, procures; expediendo,
quam citius poteris, congruentem iura terminum sacris consti-
tutionibus comprehensum.

[2.] item quod malefactores omnes ad hoc, ut maleficia *Cont. tom. I. p. 29*
vel excessus in provincia tibi decreta commissa nulla transeant
impunita, iuxta terminum et excessum qualitatem puni-
re intendas. specialiter autem flagrantia maleficia in con-
gum non protrahas, sed ipsa in locis, in quibus ea perpetrata
repereris, studeas sine dilatione punire.

[3.] item ab omnibus litigantibus et ab aliis ex quacumque
causa vocatis ad iudicium tam ordinarium, quam ex-
traordinarium coram te nichil prorsus pro te recipias nec
per tuos iudicem vel notarium percipi patiaris, nisi illud
tantum, quod pro esculento et poculento per dictas sacras
constitutiones per eos percipi est promissum. *Vf. Capit. II. 28*
Vf. Cont. I. 57

[4.] item quod occasione promissionum, quas curie fieri
contigerit, coram te pro obtentis sententiis super questio-
nibus ordinario iudicio terminatis nec non pro aliis com-
positionibus super delationibus inquisitionibus et transgres-
sionibus quibuscumque extraordinario iudicio faciendis
ultra debitum component~~es~~^{es} non aggravas nec ipsos per pro-
vinciam propter hoc habendo post curiam laborem et ~~sumptum~~
sumptuum vexatione fatigas; sed illas promissiones reputes
comp~~onentes~~^{et} componentes, quas iudex et notarius actorum, qui apud
te fuerint, sufficere pro causarum et excessuum quali-
tate censebunt, quod docere in positione tui raciocinii
tenearis. et ut prorsus ultra vel aliud ab ipsis compo-
nentibus, quoniam id, quod pro compositione predicta curie